STATUTA ORDINIS PRAEMONSTRATENSIUM

Prémontré, 13. Jh. T. I nach 1244/1246, T. II nach 1256

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35395
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

bus abbati alicui eiusdem ordinis et canonico premonstratensi religiosis-
simo et honestis insimul committatur. Vacante vero monasterio
premonstratensi, ad tres primos abbates cura eius respiciat.
Hanc autem compositionem fecerunt salvis statutis eiusdem
ordinis de quibus in presentibus litteris expressa mentio non
habetur. In cuius rei testimonium ad petitionem partium presenti-
bus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum apud Premonstratum
In crastino conversionis sancti ~~pauli~~ anno domini M. CC. Qua-
dragesimo quinto. Ut abbates et prepositi veniant ad
capitulum et multis aliis.

Adrianus episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Hugoni pre-
monstratensi abbati atque eiusdem ordinis abbatibus, prepositis eorumque suc-
cessoribus regulariter substituendis in perpetuum. Sicut in humano
corpore membra plurima esse noscuntur et alia in maiori
honore probantur. Quedam pro excellentie sue dignitate sunt
canora: ita in corpore Christi quod est ecclesia plurimi sunt ad ho-
norem et laudem dei congregati. quidam tamen propensius in ipsius
laudibus atque servitio commorantes. sicut membra excellentio-
ra in Christi corpore numerantur. et quasi luminaria in firma-
mento celi quam terrenos illuminant. et a Christi servicium precii
unguenti corpore odore sudent alios attentius provoca-
re. Vos autem filii in Christo karissimi quoniam de illorum numero vos esse
cognoscimus sincero caritatis affectu diligimus et vestris in-
stis postulationibus gratum volumus exhibere consensum. Ut
tanto ferventius in domini vinea laboretis, quanto apud ma-
trem vestram sacrosanctam romanam ecclesiam maiorem gratiam
senseritis invenisse. Quocirca dilecti in domino filii vestris pre-
cibus annuentes statuimus et apostolice sedis auctoritate sancimus
ut omnes abbates et prepositi premonstratensis ordinis ad commune ca-
pitulum annuatim premonstratum veniant nisi forte sint proprii cor-